BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 100r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



alterat et humores existentes in epate
educit per vias vrine, ymo idem operatur
quodlibet illorum. Si autem per hoc pluries
reiterata materia hec colera per vias vrine
non possit educi scilicet nec per vomitum nec per
vias vrine, educ per ventrem cum timore et
cautela ad intestina. Et enim in hoc timor
de acuitate farmaci, ne excoriatio auge-
atur et ne solutiuum sit vehementer no-
ciuum vlceribus intestinorum. Et fiat ergo, si est
materia multa, in primis hoc eductiuum
materie appriatum. Recipe mirabolanorum citrinorum
ʒ. iij, contunde, et ponatur in infusione
in hac decoctione. Recipe aque plantaginis
ʒ. j. aque cicoree ʒ. ij. dragaganti ʒ. ij.
buliant et fiat colatura, et in ea ponatur
reubarbari ʒ. j. mane aut cassie ʒ. j.
et detur mane. Hac minoratione facta,
si expedit hoc digestiuum materie colerice
exhibe. Cuius assignatio talis est. Recipe
succi endiuie succi cicoree ana ʒ. iij aque
plantaginis aque corrigiole ana ʒ. ij vi-
ni granatorum ʒ. iij. vini berberum ʒ. j. s.
zuccari quantum sufficit, dosis est ʒ. ij. Et
epati applica infrigidantia sic. Recipe aque
cicoree, aque endiuie, ana ʒ. iij. s., aque
absinthij ʒ. iij aque nenufaris ʒ. ij. san-
dalorum amborum ana ʒ. j. spodij ʒ. s. ponatur
hec puluerisata in dictis aquis et pannus
duplus lineus balneatus in hijs, tepidus

Eductiuum materie colerice in fluxu epatis

Digestiuum colere.

Infrigidantia epatis.

98

100